



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1846

CXXV. Markgraf Woldemar verkauft der Stadt Gardelegen das Schulzenamt, am 25. April 1316.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54572)

cuiuslibet sacerdoti duos et custodibus et scolaribus singulis singulos denarios elemosine intuitu elargiri. Item pro defunctis predictus dicti loci plebanus duas missas in qualibet Ebdomada faciet celebrari. In huius Rei Euidenciam nostro sigillo munitum dedimus presens scriptum. Testes ad hoc vocati sunt hennings de blankeborch, Bedeko marscalcus, milites, floteko prepositus Demynensis, Euerus prepositus stolppensis, Segerus prepositus stendalgenfis, hermannus plebanus in Ozzetz ac alii fide digni. Et Ego hermannus dictus balch, miles, predictis consencio et per sigilli mei appensione euidencius hoc protestor. Datum Gramzowe Anno domini Millesimo Trecentesimo Quinto decimo, feria quinta ante annunciationem beate virginis.

Nach dem Originale im Breslauer Universitäts-Archive.

CXXV. Markgraf Woldemar verkauft der Stadt Gardelegen das Schulzenamt, am 25. April 1316.

— Nos Woldemarus, dei gratia Brandenburgensis ac Lufacie Marchio — fidelibus nostris Ciuibus Ciuitatis Gardelege vniuersis tam presentibus quam futuris contulimus et ad manus eorundem discretis viris Bethekino Spelhouel et hennynge de Nyendorpp, Ciuibus Ciuitatis eiusdem, per presentes litteras conferimus Officium prefecture in Gardelege eo modo, quo in Ciuitate stendal tenetur et regitur, tam in campis quam (in) Ciuitate Gardelege tenendum iugiter et habendum. Predicti eciam ciues predictae prefecture officium vni viro ydoneo de eorum Conciuibus vendere poterunt et cui illud vendiderint, sicut ipsis contulimus, hoc possidendum vtique conferimus. Et quod plus est, premissum siquidem officium prefecture ab incolis sepedicte Ciuitatis Gardelege nullo vmquam tempore auferre volumus aut aliquatenus alienare. Quod eciam nostri heredes et successores similiter perpetuo inuiolabiliter obseruabunt. Pro huiusmodi quoque officio prefecture et eius condicionibus prehabitis predictae Ciuitatis Ciues nobis Quinquaginta marcas Brand. Argenti et ponderis in parata pecunia persoluerunt. — Presentibus testibus nostris fidelibus scilicet Conrado de Redere, Borchardo et Gunzelino de Berthensleue, Heinricho de wardenberghe, Hennynge et Theoderico de Santerfleue, fritzone de Schepelitz, Ebelino de Ludericz, militibus, Theoderico in Grandzoy, Sestero in steindal et Euerardo in stolpp prepositis, nostre Curie Capellanis, cum aliis pluribus fide dignis. Act. et Datum in predicta Ciuitate Gardelege, A. dom. millesimo CCC^o sexto decimo, die beati Marci Ewangeliste et martyris.

Nach dem Orig. im Stadtarchive. — Diese Urkunde ist fessher in L. v. Ledebur's Archiv XII. 56. nach einer sehr scharfsamen Copie von mir mitgetheilt.

CXXVI. Markgraf Woldemar bestätigt der Kirche zu Gardelegen eine Schenkung des Ritters Balch, am 30. Sept. 1317.

— Woldemarus, dei gratia Brandenburgensis et Lufatie Marchio —: Cum dilectus noster capellanus Petrus rector Ecclesie in Gardelege pro remedio anime sue comparavit iusto emptionis titulo dicte ecclesie a fidei nostro milite domino Hermannio dicto Balch cum consensu